



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina &  
Generaliora**

**Possevino, Giovanni Battista Bernardino**

**Coloniæ Agrippinæ, 1645**

§. 3. De exercitio pœnitentiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42220**

## §. 3. De exercitio pœnitentie.

Quod attinet ad pœnitentiam, commendabilis reddenda est moribundo ex eo, quod ab illius præcepto initium suæ prædicationis Dominus Iesus fecerit, Matth. 4. tribuens ei approximationem regni cœlorum. Cuius præcepti obseruandi necessitatem in seq. c. 13. inculcauit, dicens: *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes simul peribitis.* Quare tanquam arreptâ post naufragium tabula, debet peccator amplecti exercitium pœnitentiæ. Quod facere potest primò per modum obligationis, sic: *Indignus ego tuo diuino conspectu, Domine Deus, fatus tamen misericordiâ tuâ infinitâ, tibi offero Christi Redemptoris nostri merita, ut illorū gratiâ dones mihi cor contritum & humiliatum:* quod cum non despicias, donabis pariter optatissimâ peccatorum remissionē & vitam æternam. Per modum desiderij, sic: *Quis mihi hoc tribuat (Iudex constitutus viuorum & mortuorum) ut in inferno protegas me. & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus, in quo recor deris mei?* Per modum petitionis, sic: *Miserere mei Domine, & saluame: quia tu solus potes facere mundum de immundo conceptum semine: Huius mihi! quia peccavi nimis in vita mea; quid faciā miser? ubi fugiam, nisi ad te, Deus meus?* Per modum actionis gratiarū, sic: *Gratias tibi ago, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, quod de cœlesti pœnitentiæ dono tâ liberaliter prouideris, ut quoquis temporis momento, illius participes effici valeamus; te dicente (per Eze chielum cap. 33.) Impietas impij non nocebit ei, in qua-*

nacunq[ue] die conuersus fuerit ab impietate sua.  
 Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum o-  
 nes populi: quoniam confirmata est super nos mi-  
 licordia eius. Qui Angelis peccantibus non pe-  
 recit: sed rudentibus inferni detractos in tarta-  
 um tradidit cruciandos, ex D. Petri Epist. 2. c. 2.  
 Secundum se verò pœnitentia excitetur de-  
 stando propriam ingratitudinem cōmissam  
 erga Deum peccando: Itemque dolendo cum  
 rodigo de misero statu, in quem nos coniece-  
 mus: & præ pudore non audendo cum publi-  
 cano in cœlum oculos tollere: ac demum cum  
 Diuis Petro & Magdalena, iubre lacrymarum  
 genas rigare pro tanta bonitate & maiestate of-  
 fensa. Adde & firmiter proposita emendatione,  
 implorare diuinam misericordiam per multa,  
 quæ habentur in Psalmis, præsertim pœnitentia-  
 libus: vt, Domine, ne in furore tuo arguas me,  
 q[uod] in ira tua corripias: Miserere mei Domine,  
 tuoniam infirmus sum. Non intres in iudicium  
 am seruo tuo, Domine, quia non iustificabitur in  
 inspectu tuo omnis viuens. Si iniquitates obser-  
 tuberis, Domine: Domine, quis sustinebit: Veloci-  
 ter exaudi me Domine, defecit spiritus meus. Non  
 uertas faciem tuam à me: & similia.

Ceterum si occurrat infirmus duri cordis, nec  
 fecti ad exercitium pœnitentiæ, Sacerdos mo-  
 dum quendam emolliendi illum habet in nostro  
 iustatu de Prudentia Confessarij, ideoque hic o-  
 dicitur breuitatis studio.

#### §. 4. De exercitio Fidei.

Quod attinet ad Fidem, sine qua impossibile  
 est placere Deo ad Hebr. c. 11. ea exerceatur cre-  
 den-